

### III.

## REGNUM MORTUORUM.

Nro. 86.

*Secretum litterarum Commercio inter Vivos  
et vita functos.*

Ex mundo superiore.

Elysiun-Meum. Die Martis 12. Dec. 1809. (Neov. 24. Nov. 1809.)

Ancilla quaedam ex mundo superiore ad  
quemdam Invalidum militem in Elysiu.

**N**on audeo meminisse, animo dilecte Joanes! te supremum diem obiisse; eras una spes mea in hoc mundo, contiauo me solabar illa cogitatione, fore futurum: ut promissis satis facias, meque thori sociam adsciscas. Nunc — peris, desperis!

Eras quidem invalidus, unius solum pedis — et quotidie mecum confabulabare, nova, bellicosque eventus mihi narrabas, hic erat tibi sermo in deliciis; hodie, parum narrandum tibi suppeteret, ob defectum memorabilium eventorum. Pax nobiscum.

Equidem sæpius expendi animo meum tuumque vitæ genus. Masculinus sexus multo felicior in hoc orbe est foemineo. Dantur domus Invalidorum, habebas Invalidorum stipendium, verum misellæ nos puellæ, nec domum, nec stipendium Invalidorum habemus, hæ meditationes occasione obitus tui vehementius animo meo oboriuntur,

Muliebrem sexum in regula, ut aiunt, comparando cum masculo difficiliorem vitæ alendæ conditionem habere, levioramque ac tenuiorem pro locata opera mercedem acquirere, animadversio est, quam experientia docet, quæque cum primis corde expendenda commendari potest.

Certum statui potest: vilissimum opificem minimum 8—10 grossos promereri, contra vero diligentissima, intelligentissima fimbrias ludiculis texens, elegantissima vestes lenes lavans, sive aurea seu phrygia dexterrimo intexens femina, sutrix, aut netrix per tissima improbo labore quotidie 4, summum senos grossos promeretur.

Porro demonstrari potest: fontes sustentationis, & vitæ subsidiorum præterea foemineo sexui per mares undique obstrui; e. g. in Sartoria, arte phrygia seu pingendi, coquendi, ut adeo quævis occupationes, quæ natura sua facinarum operationes destinationesque esse videntur, hodie prope omnes masculino ordine provideantur. —

Quæ solutio famuli ad Ancillam? — Ille sane majorem habet mercedem, & ejus servitia potissima ex parte nec momentosa neque molesta; partem diei spatiando, vanitati heri sui serviendo, exigit, residuum ludendo, oblectando semet, leviterque ac prodigendo traducit.

Contra ancilla quantis distringitur! Sæpe officia Coocæ, gerulæ, pediflicæ, Camerariæ una eadem obire debet: pro vili &

exigua mercede. Famulus insuper vestitur, hæc vestieriam suppellectilem ex propria bursa providere debet — ille, horis vacuis a servitio residuis otio subtractis, aliquid præterea promereri potest, at ancilla ab ortu occasum usque distinctetur agendis, temporeque plene excluditur quidpiam pro se suendi, corrigendi, lavandi, sæpe aliorum extra domum operam ære conducere cogitur.

Et tandem — omnibus adversantibus, mas militiæ dare nomen, in ea dimicare, tandem Invalidorum ad ædes venire potest; at puella? — non dantur faciinae milites, nec invalidæ! —

Hæ sunt meditationes, quibus discrucior; — te jam æternus tenet, sæpor. — Utinam te quocius sequar! — Cum vero secundum votum meum mundo excedere mihi non liceat, aliquot nova, quibus tantopere afficiebare, in tesseram pristini amoris tibi transmittito.

*Parisiis 19. Nov.* Nudius tertius Imperator comite Saxonie rege in saltibus Versaliensibus venatui indulgebat.

Ex quo tempore nulli exercitus promoveri, neque fictæ, aut veræ pugnæ describi possunt, Ephemerides aliis rumoribus replentur generibus. Somniant nunc de politicis mutationibus in publica plurimum Statuum administratione; ipsæ sibi regna condunt, Imperantes præficiunt, & ut fabulis suis meliorem formam indant matrimonia commisceantur; ita non pridem sparserunt: Pri-

Muliebrem sexum in regula, ut aiunt, comparando cum masculo difficiliorem vitam alendæ conditionem habere, levioramque ac tenuiorem pro locata opera mercedem acquirere, animadversio est, quam experientia docet, quæque cum primis corde expendenda commendari potest.

Certum statui potest: vilissimum opificem minimum 3—10 grossos promereri, contra vero diligentissima, intelligentissima fimbrias ludiculis texens, elegantissima vestes lineas lavans, sive aurea seu phrygia dexterimine intexens femina, sutrix, aut netrix per tissima improbo labore quotidie 4, summum senos grossos promeretur.

Porro demonstrari potest: fontes sustentationis, & vitæ subsidiorum præterea foemineo sexui per mares undique obstrui; e. g. in Sarcotia, arte phrygia seu pingendi, coquendi, ut adeo quævis occupationes, quæ natura sua facinarum operationes destinationesque esse videntur, hodie prope omnes masculino ordine provideantur. —

Quæ solutio famuli ad Ancillam? — Ille sane majorem habet mercedem, & ejus servitia potissima ex parte nec momentosa neque molesta; partem diei spatiando, vanitati heri sui serviendo, exigit, residuam ludendo, oblectando semet, leviterque æs prodigendo traducit.

Contra ancilla quantis dstringitur! Sæpe officia Cocæ, gerulæ, pedissequæ, Camerariæ una eadem obire debet: pro vili &

exigua  
hæc v  
sa pr  
serviti  
ea pr  
casum  
plene  
corrig  
mura

mas  
tande  
at pu  
nec i

or;  
nam  
cund  
hi no  
re af  
trans

rator  
licens

veri,  
possu  
tur g  
muta  
admi  
Impe  
hore  
niscu

exigua mercede. Famulus insuper vestitur, hæc vestiarum suppellectilem ex propria bursa providare debet — ille, horis vacuis a servitio residuis otio subtractis, aliquid præterea promereri potest, at ancilla ab ortu occasum usque distinetur agendis, temporeque plene excluditur quidpiam pro se suendi, corrigendi, lavandi, sæpe aliorum extra domum operam ære conducere cogitur.

Et tandem — omnibus adversantibus, mas militiæ dare nomen, in ea dimicare, tandem invalidorum ad ædes venire potest; at puella? — non dantur faciæ militis, nec invalidæ! —

Hæc sunt meditationes, quibus discrucior; — te jam æternus tenet, sepor. — Utinam te quocius sequar! — Cum vero secundum votum meum mundo excedere, mihi non liceat, aliquot nova, quibus tantopere afficiebare, in tesseram pristini amoris tibi transmittito.

*Parisiis 19. Nov.* Nudius tertius Imperator comite Saxonie rege in saltibus Versaliensibus venatui indulgebat.

Ex quo tempore nulli exercitus promoveri, neque fictæ, aut veræ pugnæ describi possunt, Ephemerides aliis rumoribus replentur generibus. Somniant nunc de politicis mutationibus in publica plurimum Statuum administratione; ipsæ sibi regna condunt, Imperantes præficiunt, & ut fabulis suis meliorem formam indant matrimonia committuntur; ita non pridem sparserunt: Pri-

cipem Poniatowsky cum Augusta Saxonæ desponsandum. — Omnes hi rumores inanes & vani sunt, amentes potissimum fabulæ, otiosos oblectandi gratia procusæ. (Diar. In perii.)

*Londono die 13. Nov.* Ephemerides nomine *Star*, inquebant heri: Annunciare hodie possumus, a Ministris decretum esse, Hispania Portugalliaque decedere; secundum omnes ab officialibus agentibusque in utroque regno his factos nuncios negotium hispanico-um patriotarum in eo versatur cardine, ut exigua aut proceus nulla spes supersit. Id porro annunciare possumus: Ministros decreville decedendum esse Insula Walohria; novæ, quæ eo expediuntur copiæ destinatæ sunt defendendæ præsidiariorum transvectioni, & bellicæ penni; item demolieadis munimentis & quibusvis, quæ hosti usum præstare possent."

Plures ab exercitu in Hispania duces jam advenere. In his numerantur *Gen. Duces Stewart & Wilson*. *Lordius Wellington* Hispalim abiit fratrem suum, ante discessum ejus, conventurus.

Hispanica Junta Daniæ bellum *formaliter* declarabat, quod ejas aula legatum plena cum potestate ab ea instructum agnoscere recusaverit.

Cæsareus Austriacus legatus Princeps a *Stahrenberg* ab aula sua Jussu vigore 16. *Art. Tract. Vindob.* Anglia excedendi, nactus est.

*Vindobona die 13. Nov.* Decessio Copiarum Gallicarum ex hac urbe, & circum-sita regione usque Günzelsdorf, Sighardi finem, & Stockeraviam usque 19 h. perficienda videtur. — Aulica Commissio omnem intendit operam, ad procurandas ad eam necessarias veduras, hodie quoque Editio publico Incolæ equis curribusque instructi provocati sunt, ad adjuvandos pro his necessarios transportus &c.

*Parisiis 20. Nov.* Deputatio Græcæ Synodi Dalmatiæ hesternò die Imperatori ex sacro officio reduci per Ministram negot. est Regni Italiæ C. Marscalchi præsentabatur; Præses Deputationis Eques Stratico idioma italice S. Maj. alloquebatur, in epologo agebat, „Domine! Gloriosa Vicennensi pace, fructu admirationis plenarum victoriarum tuarum, quo sub præsidio tui genii vetusta Illyrici nominis gloria de novo reviviscet, numerosas communitates occupabas Orientali ritui addictas; Novi hi subditi Princeps! pleni fidei & studii in sacram tuam personam erunt, eaque gratis, atque benefica sollicitudine dignos se reddent, quæ continuo notam magnitudinis præsest, tibi soli propriam, quod continuo eo tendas, ut in societate sensa tolerantiae, amoris, concordiae, a quibus potissimum honor Dei, pax familiarum, nationum salus, potentia durabilis, atque Imperiorum pendet, prædominentur.”

Auditor Status Consilii *Cochelat*, Intendens Comit. Goricensis denominatus est.

Ex Castris infra Baseano die 1. Nov.  
 Relatio. „Conformiter Jussi Excel. D. V.  
 hodie 1. Nov. 4 matutina cum agminibus pe-  
 destribus, tribusque equestribus Centuriis  
 egressus sum, hostilem Cohortem Vallonicis  
 Prætorianis, helveticis legionibus, Granata-  
 riisque constantem 8000 virorum peditatus,  
 adriterus, ex Blakiano agmine; reperi ho-  
 stem circumvallatum ad S. Colomam, ubi  
 in omnibus domibus jaculatorias stationes ad-  
 plicuit. Præterea copias in collibus disposuit,  
 post vallum amplum. Jussi Collonellum Espert  
 cum pedestri 42 legionis agmine inter Riende-  
 Renas & stationem Insurgentium, vallum  
 transire, ut postremos occupando colles in  
 dextro latere circumdare possim, interea  
 ejusdem legionis 3um, quartumque tertiæ le-  
 vis legionis idem faciendum habebat ad ho-  
 stem in læva ala circumventendum. Gen.  
 Dux Damoulin jussum habebat S. Colomam  
 scloporum Bajonettis occupandi, ad quod  
 perficiendum 3 Dimacherum legiones ei ope-  
 ram navabant, quæ agmina primæ legionis  
 pedestris adjuvabant.

Omnia hæc Jussa e sententia effectui da-  
 bantur, exacto tertio horarum minoribus sclo-  
 pis conflictu hostis omnibus stationibus eje-  
 ctus, ad maximam perturbationem dedu-  
 ctus est.

Debet hæc salutem solum insuperabilibus  
 difficultatibus quas montes, ad quos fugam  
 arripuit, præbent, — omnia castra ejus  
 combusta, impedimenta occupata, 100 equi

ex c  
 in c  
 nell  
 part  
 turp  
 se  
 mor  
 ne  
 Scul  
 ham  
 Ver  
 gins  
 & o  
 nica  
 se d  
 stion  
 nis  
 1. I  
 pter  
 ob c  
 vers  
 Cast  
 torib  
 dicio  
 naria  
 Clas  
 ti, s  
 rum  
 mistu

ex equitatu adprehensi, aut interempti; 300 in captivitatem abducti, inter quos 3 Vice-Colonelli, perro iacturam tulit 8000 virorum qui partim occubuerunt, partim vulnerati, aut in turpem fugam acti sunt, versus S. Hilariam se recepere ubi residus Blakeanorum pars moratur. Strenuitas copiarum hac occasione edita omni laude exinet, &c. Subscr. *Souham.*"

Mognatins memorent G. Ducem Souham valetudinis causa Gallias petiisse, G. D. Verdier cum imperio militari agmini præfess.

*Londino 13 Nov.* Quædam nostrarum paginarum quæstionem movent: An optandum & opera danda Angliæ: ut Colonia Hispanicæ a matre Civitate se liberent, liberaeque se declarent? — respondentique huic quæstioni politica deductione.

In argumento Solennium Jubilæi regiminis regis die 25 h. m. hæc addenda:

Factæ a regimine dispositiones erant hæc:  
 1. Remissio erga fidem datam bello captorum Russorum. 2) Dimissio quorumvis ob debita Coronæ incarcerationum. 3) Universalis et irrestricta Amnestia deserentium Castra in navali exercitu. 4) Amnestia deserentibus exercitus terrestris concessa sub conditione Castra repetendi. Admiralitas extraordinariam distributionem victualium fecit viritim Classiario legenam vini aut mediam Cremati, singuli 8, libras bubulæ 4, faris 3, & uvarum passerum libram ad conficiendum farinam mistum globum nationali verbo Pudding a

pellatam, obtinuerunt. — In omnibus regni urbibus militares & voluntarii ignes festivos in signum lætitiæ instituerunt, exercitationesque militares, & more gentis Anglicanæ jubilares exclamationses Huzza! In omnibus Ecclesiis super adcommotis textibus sacri Sermones. Publica Convivia non deerant, multique potentes Dynastæ locatores stros opiparo convivio exceperunt. In multis urbibus conflata pecuniariæ Summæ, ad liberandos nexibus alieni aeris contracti causa debitores. Lanii Vindsorienses in publico foro grandem bovem integrum assarunt, opimaque frustra regis familiæ obtulerunt. Londini quævis publica & pleraque in urbe City ædificia magnifice erant collustrata. Diversi coetus epulas celebrarunt; harum celebritatis simæ erant Sartorum vestimentis quæstum facientium, plusquam 250 constantes gentilibus (Gentlemen) inter quos advertebantur Lordii: S. Vincentii, Liverpool, Mulgrave, Cambden, DD. Erskine, Perceval, Canning, Sheridan, Elliot &c. Argentarius D. Bersterlong iis præsedet &c.

Epigrammata ex german. — Ita est, non aliter.

Adversos casus, torva cur fronte dolemus?

Amplius non redit id, quod seniel interit!

Sed grave reddit onus levius, patientia nobis.

*Cuculus — alauda.*

Qui fit amanda soror! Cuculus dicebat alaudæ.

Quod cedant nobis, Calliditate græcæ?

Demonstrant, ait hæc ridens, documentaque præbent!

Quod stolidos iter, haud excolat arte, frequens!